aliquod preceptorū. ut qꝛ nō ſubuenit paciens extremā necītatem. cum tenetur. aut infirmo ex quo ſequitur mors ⁊ hmōi. quia tunc ē mortale

Si habuit diſtracti. ¶ De euagacōne mentis onem mentis. vel ſi voluntarie vagat̄ i audiēdo dīna cogitando interim vana ⁊ inutilia. quia ꝯiter eſt veniale. niſi addatur aliqd̄ ſpēale pcēm. vel ſi pmittit eas durare per totum offitiū ad qd̄ obligatur ex precepto. ¶ Si loqtur inutilia ex tedio ꝉ audit noua. ꝉ mutat loca hincinde. ꝉ diſtrahit ſenſus vel menbra. diuerſimode. qꝛ ē veiale ꝯiter

¶ De negligencia. que ē emiſſio ¶ De negligētia voluntatis circa ea q̄ dꝫ facē. q̄ etiā pōt dici tepiditas. Jn hoc quotidie oēs offendimꝰ. ſꝫ ē veiale ñ omittatur aliquod necāriū ¶ Si fuit negligēs circa opa mīe ſpūalia. q̄ ꝯtinētur i hoc verſu. Cōſule. caſtiga. dimitte. ſolare. fer. ora. Et nō qꝛ ſb̄ cōſilio ꝯprehenditur doctrina. i. docē ignorantem precipue vtilia ad ſalutē. ¶ Si fuit negligēs ad ad diſcendum necāria ad ſalutē. ut pcepta dei ⁊ eccie generalia. quia in hmōi ignorantia non excuſatur. vel ad eundum ad predicacōnem. vel ad miſſam audiendam. vel ſimilia. primo modo eſt mōꝛle. ſecundo modo veniale. Vtile ei ē p̄ deotis ⁊ laycis valde ire ad predicacōnem. ¶ Si fuit negligens in audiendo diuinum offitium. vel predicacōnem ut ibidē dormiendo vel loquēdo aut

alia cogitando· vel curioſe querendo audire· aut
de predicatore murmurando ¶ Si fuit negligens
ad procurandū ſacramēta ſibi ⁊ familie ſue ut
ſi ex negligentia mortua eſt ꝑles ſine baptiſmo
vel hmōi:q͛ mortale eſt. ¶ Si infirmus mortu⁹
eſt ſine confeſſione ⁊ ꝯione· vel extrema vnctio
ne· ⁊ cum ex negligētia craſſa hoc ꝓceſſit: mōrle
videtur· vel graue veniale· ſcdm ꝙ ipē plus· vel
minus indigebat. ¶ Si negligens fuit ad recipi
endum ſacramentum cōfirmacōis pro ſe ⁊ fami
lia ſua. ¶ Si non confirmatus tenuit aliū ad ꝯfir
macōnem. ¶ Si iterato feciſſet ſe confirmari· vel
recepiſſet iterato ordinem ſemel receptū· et ſi ſci
enter hoc fiēt mortale ē ⁊ ꝯtrahit irregularitas
in ſuſcipiēte. ¶ Si fuit negligēs ad correpcōnem
fraternam cum ad eā tenetur. viꝫ de occulto peccō
⁊ mortali et ſperabat emendationem eius: quia
tunc eſſet mortale ipam obmittendo aut veniale
eam ↄ̄tardādo· vel ſi obmiſit de hijs que nō ſunt
mortalia. ¶ Si non ſeruauit ordinem debitum in
fraterna correpcōne· ut videlicꝫ nimis aſpere ł in
tempore vel loco indebito: quia peccatum eſt.

¶ De negligentia confeſſiōis

Si omiſit ad mi
nus ſemel in anno confiteri· vel ex negligētia· vel
ex ignorantia. Secus ſi ex impotentia. ſ. quia non
habuit copiam confeſſoris. Si etiam nō ſuppleuit
defectum cū potuit: mortale eſt. Et ſi ſuā familiam

ad hoc qn̄tum potuit non induxit. ¶ Si recolens
aliqđ moꝛ̄le omiſſum. non habuit ↄtricionem et
propoſitū ↄfitendi tp̄e ſuo. ȝ fuit ↄtentus ſe illud
cōmiſiſſe. vel ſi penituit eum non conmiſiſſe aliqđ
pcc̄m moꝛ̄le. qđ ſibi videtur iam potuiſſe conmit
tere. ⁊ ſi cōſenſit in hoc. mortaliter peccauit. ¶ Si
faciens cōfeſſionem. ſcienter dimiſit aliqđ moꝛ̄le
peccauit moꝛ̄liter. ⁊ tenetur reiterare totam con
feſſionem. ¶ Si dixit ſe eſſe contritum de omibus
pcc̄is ⁊ diſpoſitum ad abſtinendum. ⁊ ſatiſfacie
dum. cum hoc non intendēt. moꝛ̄liter peccauit. ⁊
tenetur reiterare cōfeſſionē. ¶ Si pniām ſibi in
iunctam pro mortalibus. ex negligentia omiſit
moꝛ̄liter peccauit. ⁊ tenetur reiterare ↄfeſſioꝫ ſi ē
ipſius oblitus. ¶ Si ad cōfeſſorem ſimplicem. ⁊
groſſum acceſſit. ⁊ inſufficientem eū cognoſcens
cū tamē habēt caſus difficiles. quia tenetur iteꝝ
confiteri alteri magis perito ⁊ ſufficiēti. Vel ſi cō
feſſus eſt in excomunicacōne maiori exn̄s. etiā ſi
ipē neſciuit ⁊ ſuus confeſſor. qꝛ non fuit abſolutꝰ
a pcc̄is. ⁊ debꝫ iterum confiteri. qꝛ non fuit tūc ca
pax abſolucōnis. ¶ Si ſciēt confeſſus eſt ei quē
nouit excatum vel ſuſpenſum. vel non hn̄tem au
ctoritatem. puta quia ſimoiace recepit benefici
um. vel quia intruſus eſt per laycam poteſtatem
peccauit mortaliter. ⁊ tenetur reiterare confeſſio
nem. ¶ De negligentia cōionis.

Si omiſit cōicare ſemel in anno .ſ. in paſca et hoc
poſt annos diſcretōis: peccauit mortaliter niſi
fuiſſ; legittime impeditus ut quia alterat⁹ ſtoma
cho vel excōicatus. querens tn̄ abſolucōnem. vel
de licentia proprij ſacerdotis vel cōfeſſoris per ali
quos dies differret. In hmōi tamē caſibus deb;
ſupplere defectus q̄ cito poterit. ¶ Si conmuni
cauit nō ieiun⁹. ita .ſ. q poſt medium noctis ali
quid ſumpſit cibi l' pot⁹: q mortaliter peccauit
niſi eſſet grauiter infirmus. quia tunc licet. ¶ Si
cōmunionē ſūpſit. cum ſtaret in ꝓpoſito perpetrā
di aliquod mortale. q mōrliter peccauit ¶ Si nō
cōfeſſus de aliquo mortali omiſſo. vel aduertēter
ex verecundia. vel inaduertēter ex indiſcretione
aut in diſcucōne cōſcientie. vel ex ignorātia craſſa
vel ſupina ſumpſit cōionem: q peccauit mōrliter
¶ Et nota q ſi quis obmittit cōionem tpe ſtatu
to. conari debet cōfeſſor ut inducat illū ad ſupplē
dum defectum. niſi ſit oīno indiſpoſitus. Item cū
īuenerit aliquem deditum vicijs turpib; vſq; ad fi
nem quadrageſime. tantū vid; ut non ſubito ad
mittat talem ad cōionem. ſed ꝓlonget ſibi tpus
ꝑ aliquas ebdomedas. ¶ De alijs defectibus circa
cōionem. vide ſ. i. 3. parte i c. de clericis. ¶ Inter
rogandū eſt etiā hic. ¶ Si ꝑticipauit cū aliquo
in crimie ꝓpter qd crimen ille erat excatus puta
excatus eſt. quia verberauit clericū. vel etiam cū

aliquis clericus ſubicit ſe alicui layco verberandum. ad placandū ipſū de iniuria illata. clericus ille efficitur excatus. quia participauit in crimię cū verberante ꝓpter qđ ille eſt excatus. ut extra de ſen. ex. Si concubine. ⁊ eſt mortale. ¶ Si exiſtēs in excacōne maiori ſcienter. participauit in diuinis audiendis in eccia. aut in ſacramentis percipiendis. quia peccauit mortaliter ¶ Si etiā exiſtēs excatus maiori excacōne. ſcienter pticipauit cum aliis fidelibꝫ. etiā extra diuina. precipue in hiis q̄ ↄtinētur i hoc verſu. Os. orare. vale. cōio. menſa. negata. ⁊ ſi hoc fecit ex contēptu. vel cōtra ꝓhibicōnem ſupioris. peccauit mortaliter. alias veialiť. ſimiliť ⁊ ille cū quo pticipauit ſi ſciuit eum excatū. quia ille ſimiliter etiā efficitur excatus maiori excacōe a q̄ tamē pōt abſoluē oīs qui eū pōt audire. Excipiuntur etiā quiq; caſus in quibꝫ licet pticipare cū excatis. qui cōtinentur in hoc verſu. Utile. lex. humile. res ignorata. necē. Declaracōꝫ tamē iſtius verſus ⁊ alteriꝰ paulo ſupra. vide in. x. pte ſūme

¶ De quīto peccato mortali. ſ. Auaricia ⁊ ſpeciebus ⁊ filiabus eius. •2Λ•

Auaricia eſt inordinatus appetitus habendi. Et conſiſtit in tribꝫ. ſ. iniuſte acquirendo. tenaciter retinendo. ⁊ inordinate amando. De hiis tribus ergo et filiabus. et ſpeciebus eius eſt interrogandū ut ſequiť. ⁊ pō

de primo modo viꝫ de iniuſta acquiſicōne. dictū
eſt ſ̄ in c. de. v. precepto. reſtant tamen aliqua de
quibus nunc dicendum eſt. ¶ De ſymonia

De ſymonia que verſat̄ circ̄ ſpūalia. ⁊ ſemꝑ eſt
mo͛ale peccatū. ⁊ in omi caſu eius pecūia recepta ꝑ
eam reſtitui debet. non tamē ei qui eam dedit. ſꝫ
pauperibus debet erogari. ⁊ hoc de neceſſitate ł
illi eccleſie in cuius iniuriam data eſt. ¶ Si dedit
pecuniam vel aliquid qđ pretio pōt eſtimari pro
habendo aliquo ſacramento. ut ē baptiſm⁹. euca
riſtia. benedictio nuptiarum ⁊ hmōi. ⁊ fecit hoc
quaſi daret premiū illius. cuius ſignum eſſe pōt
ſi pactum fecit cū dante hmōi ſacramenta: quia
ſymonia ē ⁊ mo͛ale. Idē preſumit̄. quādo negat̄
ſacramentum ſi non detur pecūia. nec excuſat cō
ſuetudo. Secus eſt. ſi dat aliqđ ſm̄ beneplacitum
ſuum gratis. et ut elemoſinam. non coactus aut
exactus. ſed ſponte ad cōſuandam ꝯſuetudinem
quam tamen ſi ſeruare nollet: non eſſet cogend⁹
neqꝫ ſacramenta ei deneganda ¶ Si emit vel
vendidit aliquā capellam ł aliū locū in eccīa. qꝛ
ſymonia eſt. ¶ Si emit vel vendidit ſepulturam
eccīe. vel ſepulchrum. vbi ponat̄ cadauer ei⁹ qꝛ
ſymoniam conmiſit. ¶ Si emit vel vendidit ius
patronat⁹ alicuius eccīe vel capelle. qꝛ ſymoniā
cōmiſit ¶ Si patron⁹ alicuius eccīe vel capelle
aut altaris. vel alterius beneficij. pro pecunia

elegit et preſentauit inſtituendū ī ecclia ſua. quia ſimoniam cōmiſit. ¶ Si porrexit pces carnales pro indigno aliquo ordinando vel promouendo aut beneficiando. quia ſimoniam conmiſit. et hoc ſi ſciuit ipſum indignū. Et ſi prelatus rōne hmōi precum vel precio eum admiſit. ſimiliter ſimoniā cōmiſit. ¶ Si fuit mediator ad procurandum alteri aliquod ſpirituale beneficium. vel ordinē et hmōi pro aliquo temporali. quia ſimoniam cōmiſit. ¶ Si conduxit aliquem ad predicandum cum pactione pecunie. vel intencōne lucri. ſimoniam cōmiſit. Et ſimiliter predicator qui hoc modo acceptauit. ¶ Si filium aut filiam aut aliū miſit in monaſterium. pactione facta pro certa quātitate danda pro ingreſſu monaſterij. ſimoniam conmiſit. Et ſimiliter religioſi recipientes hanc pecuniam ¶ De quibuſdam alijs ſimonijs clericorum videꝫ. in tercia parte in capitulo de clericis Et de iſta materia habes ple. in ſumma ī ſecunda pte ti. i. per totum. ¶ De prodicione

SI prodidit ciuitatē aliquam aut caſtrū inimicis. quia vltra mortale tenetur de omni dampno inde ſecuto. Idem ſi prodidit res alterius iniuſte auferētibus. aut etiā pſonam eius. Si prodidit ſecreta alicuius iniuſte. quia vltra mortale tenetur ſatiſfacere de damnis inde ſequentibus ¶ Secus ſi ſecreta iniqua et coniuraciones et tractatus

contra ciuitatē vel ɔmūe bonū. vel ſi nocumenta
pſonaꝝ iniuſta manifeſtat: quia tunc bene facit
et facere tenetur. ¶ Si recepit aliquid ſub ſigillo
cōfeſſionis etiam nō in ɔfeſſione: ſi reuelat illud
peccat mortaliter: niſi illud eēt quid iniquū. cui
poſſet obuiare manifeſtando. ⁊ ſi de hoc perpen
dit quando ꝓmiſit: peccauit mortaliter. ſ; nō debꝫ
tenere ſecretum. qꝛ tūc etiā peccaret. ¶ Si legit
alterius lrās clauſas: videtur mortale. niſi poneret
ſpem in ratihabicōne mittētis vel eius cui mittit
¶ Si acceptauit per ¶ De accepcōne perſonarum
ſonam ī iudicio ut .ſ. magis audiat vnā partē q̄
alteram. vel credat vni magis q̄ alteri. non ſer
uato ordine iuris. vel magis declinet ad vnam
partem q̄ ad aliā rōne auaritie. quia forte ſpeāt
lucrū aliquod ab ea recepturū ⁊ hmōi: mortale
poteſt eſſe. ſcdm circūſtantias ſub ⁊ ſupra ¶ Si in
diſtribuendis beneficijs vel officijs ecciaſticis ꝯ
ſpiritualibꝫ admittit indignos. et malos: peccat
mortaliter. et tenetur de damnis inde ſecuturis.
¶ Si ī faciendis cedulis que vulgariter dicūtur
ſcrutinea ſcienter admittit indignū. vel q̄ ꝓhibꝫ
admitti ſeu excludit dignum: peccat mortaliter
¶ Si in diſtribuendis honoribus. vel imponēdis
collectis ciuitatis ſcienter grauat aliquem vltra
debitū. vel alleuiat: peccat mortaliter ⁊ ſi ſolū ex
eius determinacōe fiet talis diſtribucō: tenetur

nō

ad ſatiſfactionem de damno. Secus aūt ſi pluēs alij imponūt cum eo. ¶ Si cum habet diſtribuē elemoſinas alicuius ſocietatis vel teſtamēti hu iuſmodi non fideliter diſtribuit. Et ſi dediſſet nō indigentibus. vltra moꝛ̄le. tenētur ad reſtitucōez

Si iudex accipit pecuniam ab. ¶ De turpi lucro aliquo ut iudicaret. aūt non iudicaret. aut bene pro eo iudicaret. aut iniuſte iudicaētꝫ peccat moꝛ taliter ꝗ tenetur illa reſtituere danti. niſi ille dediſ ſet ut male iudicaēt. qꝛ tunc tenetur dare paupi bus. Idem de teſte. q̄ pro teſtimonio ferendo pecu niam vel aliquid accepit. qꝛ vltra moꝛtale. etiā te netur reſtituere. ¶ Si fecit inſtrumentum in frau dē vſurarū ut nōꝛijꝫ quia peccat moꝛtaliter ꝗ mer cedem quam accepit. debꝫ paūpibꝫ erogaē. ¶ Si ſeruiuit vſurario in arte vſuraria. quia peccauit moꝛ̄liter. Et ſi oīa bona vſurarij eēnt obligata re ſtitucōi. non poſſet obtinē ſallarīu. ſꝫ reſtituē cre ditoꝛibus vſurarij. alias autē pōt. Sꝫ illud debet paupibūs dare de honeſtate. non de nccītate. niſi eēt paup. ¶ Si recepit pecuniam ꝓ turpitudine ut meretrix. debꝫ illam paupibꝫ dare. non tamen de nccītate. ſꝫ ꝭm ꝯſiliū ¶ Si q̄s facit aliquā artē ł aliqd artificium cꝰ vſus ē ad moꝛ̄le. ut facē taxil los ꝗ hmōi. peccat moꝛ̄liter nec dꝫ abſolui niſi di ſponat ſe illud dimittere. De lucro inde recepto debet paupibus dare. non ex p̄cepto. ſꝫ ex cōſilio

¶ Si diebus feſtiuis emit vel vendidit negociā
do. niſi forte in nundinis. vel fecit cōtractus non
neccārios. vel ſcripſit ł aliud manuale fecit pro
lucro. quia vltra pccm̄ debꝫ illud paupibus daē
ſm̄ aliquos. quod tn̄ videẗ de honeſtate magis
ꝙ de neccitate. ¶ Si tpe meſſis vel vindemiarum
emit bladum vel vinū vel fructus. ut alio tēpoē
vendat carius. non exn̄s talis rei cōtinuꝰ nego
ciator. nec ꝓpter aliquem honeſtū finē. niſi ſolū
ꝓpter cupiditatem ⁊ auariciāꝫ qꝛ turpe lucrū eſt
nec tn̄ teneẗ i aliquo ad rſtitucōez ¶ Si accepit
aliq̄d ad eligendū aliquē ad digtatē aliquā tpa
lem vel offitium ſeculare. vel ſi vēdidit hmōi of
fitia ſeculariaꝫ quia turpe lucrū ē. nec tn̄ tenetur
ad reſtitucōnem. ¶ De ludo inhoneſto.

SI luſit ad taxillos vel cartas. vel ad alium lu
dum fortune. ſi vicit p fraudē puta cū falſis taxil
lis vel mendacō ſeꝫ vltra mōrle tenetur ſic lucra
tum reſtituere amittenti. niſi foret q̄d parū ¶ Si
vicit ab eo qui alienare non potuit. ut a ſeruo ł
religioſo aut vxore. vel filio familiaſ. et hmōiꝫ
tenetur ad reſtitucōnem hÿs q̄ habēt curā illorū
⁊ eſt mortale. ſi eſt quid notabile. ⁊ ſi ludiẗ ex cu
piditate acquirendi. ¶ Si p multā importunitatē
traxit alios ad ludum qui hoc non intendebāt ł
retinuit volentem recedēꝫ qꝛ vltē mōrle tenetur
reſtituere illi. ſi tamen eſt quid notabile. ¶ Si

acquiſiuit ſeu lucratus ē huiuſmodi· in locis vbi
prohibetur ludus·⁊ mādatur fieri reſtitucō. ſiue
legibus impꝑabilibus· ſiue municipalibꝫ. et ꝟuāt
quantū ad vtrūqꝫ. debꝫ fieri reſtitucō illi q̄ amiſit
Secus ſi leges ille ſunt abrogate per cōtrariā con
ſuetudinem. ¶ Conſequenter nō ꝙ ſi vicit per lu
dum· i alijs caſibus· exceptis predictis: nō tenet
reſtituere illi qui amiſit· q̄uis poſſet elimoſinali
ter ꝯtinere. ſi eēt paup· ſꝫ debꝫ paupibus erogaē
ſcd̄m aliquos ex conſilio· ſm̄ alios vero ex nccita
te. qd̄ tn̄ tucius eſt· non tn̄ ita oportꝫ tales ſtrin
gere ad citā reſtitucōez ſicut in furto· vſura· ⁊ hꝰ
mōi ¶ Nō pſonas q̄bꝫ r̄ſtitui dꝫ qd̄ ab eis lucrat̄ in ludo

Iste ſunt pſone quibus indiſtincte re
ſtituendum eſt· q̄cquic ab eis lucratū eſt in ludo
alee· aut taxillorꝫ· vel alio modo· ſm̄ Ray. ſ. furio
ſi· prodigi minores· 27· ānis· ⁊ marie pupilli. filij
familias· ⁊ vxores qui non hn̄t res parapherna
les· amminiſtratoēs rerꝫ ecc̄iarꝫ· ł paupm̄· ⁊ ſimi
les. Item mēte capti· ſurdi· muti· ceci· et q̄ morbo
laborant ꝑpetuo· ſerui· religioſi· ⁊ ſimiles. Et nō
ꝙ talis pecunia nō ē ſimpliciter reſtituēda illi q̄
amiſit· niſi eēt emēdatꝰ ⁊ correptꝰ· ita ut credet̄
eam ad pios vſus expenſurꝰ. Sꝫ tutori· curatori
dn̄o mōſterio· pr̄i· marito· ecc̄ie hec in ſūma cōfeſ
ſ adhibuit nimi. ¶ De inquietudine

Iam ſollicitudinem circa temporalia acquirenda

⁊ cõſeruanda· ꝙ ꝓpter hoc dimiſit aliquod necã
riũ ad ſalutem. ut miſſam· ⁊ hmõi. ꝗ eſt moꝛtle
¶ Si non dimiſit necẽaria ad ſalutem· ſ3 tamẽ
remiſſus eſt in eis aliquãtulũ ꝓpter inquietacõez
tpalium. ꝗ veniale ẽ ¶ Si nimiã ſollicitudinẽ ha
buit circa ſpiritualia· ex puitate ꝯfidentie auxilij
dei· in ſe non eſt moꝛtale· ſed videt multũ impedi
mentum deuocõis· ⁊ aliorum bonoꝝ. ¶ Sequitur
de ſecundo modo auaritie que cõſiſtit in retinendo

De auaritia que cõſiſtit in tenaciter retinendo
etiam interrogandum eſt. Si viz ita inhumanꝰ
fuit· ꝙ non fecit elemoſinas corpales ſũme indi
gentibꝫ cum poſſet: vel ſi nõ opatus eſt opa mi
ſericordie corpalia· que cõtinẽtur in hoc verſu: vi
ſito· poto· cibo· redimo· tego· colligo· condo. Pri
mũ eſt· viſitare infirmos. Secundũ· potare ſiciẽtes
Tercium· cibare eſurientes. Quartum redimere
captiuos. Quintum· colligere ⁊ ꝯgregare diſpſos
Sextum· eſt tegere nudos. Septimũ· eſt cõdẽ ⁊ ſe
pelire mortuos. ¶ Si habens ſuperflua· quo ad
naturam ⁊ quo ad decẽtiam ſtatus ſui et familie
ſue non ſubuenit necẽitatibus alioꝝ maxime in ex
tremis. ¶ Si hñs ſuperflua quo ad naturã nõ tñ
quo ad decentiam ſtatus· nõ ſubuenit pacientibꝫ
extremam necẽitatem· quos tñ ſciuit ⁊ nouit. ꝗ
moꝛtale iudicatur cõiter. Sed hic oportet multa
cõſiderare ad bene intelligendum· vñ vide de hoc

in ſumma.2.pte ti.1. ¶ Si habens vnde ſubueniē poſſit non ſubuenit pauperibus.etiam non extre mas nccitates paciētibȝ.l tardauit ipis daē vel eos exaſperauit.veniale.eſt. ¶ Si parauit pau peribus nimis ſumptuoſa vel delicata.aut etiā ni mia cibaria.vel queſtuātibus ſine cauſa vrgēte vel male vtentibus elemoſinis.quia pccm videt̄ pocius ꝙ meritum. Si laborantibus pro eo.quo cunqȝ miniſterio.nimis diſtulit dare mercedem vltra factam conuencōnē.cū tamen poſſet ſoluē quia poſſet eſſe mortale.maxiē ſi incurrēt graue damnū vel ſcandalū. Jdē ſi aliquā d defraudauit

¶ De tercio modo Auaritie qui cōſiſtit in inordi nate amando

De Auaritia in amando inor. ¶ dinate nota.ꝙ ſi quis res etiam iuſte acquiſitas ita inordinate amat.ut inhereat eis.quemadmo dum fini cuius ſignum eſt.quando propter eas non amittendas.paratus eſſet facē coñ aliqd p̄ ceptorum.quia mortaliter peccat.⁊ hoc ideo.quia plus diligit creaturam ꝙ creatorem. Si autem nullo modo vellet facere contra ſalutem ſuam ꝓ pter huiuſmodi tpalia.ꝙuis tamē aliqualit̄ inor dinate afficiat̄ ad ea ſeu amet ea ē veniale. Et ex hijs conſiderari poteſt quantum peccat.qui res i iuſte acquiſitas.ita inordinate amat ut ſupra.

¶ De prodigalitate.

De prodigalitate. que contraria eſt auaritie.etiam interrogād eſt

¶ Si viz ſuperflue expendit ſuam ſbaz. vel in edi
ficijs ſumptuoſis· vel in eq̄taturis· vel ī cōuiuijs
nimis delicōſis· aut freq̄ntibz· vel in paleſtris et
ludis. vel in ornamentis ꝛ p̄cipue mulierꝫ· vel in
xenijs· vel hiſtrionibus· ꝛ hmōi. quia peccatū ē
Et quando eſt nōbilis exceſſus ſcd̄m ꝓporcōez ſui
ſtatus. eſt mortale· alias aūt in modico· eſt veia
le. Deſcendere aūt ad ꝑticularia in determinando
quādo ſit mōrle ꝛ qn̄ veiale: non de facili pōt dai
iudicium certum· vnde hoc dimitto ·28·

¶ De· 6· pccō mōrli. ſ. Gula ꝛ ſpēbus ꝛ filiabz eiꝰ

GVla eſt ſextū pccm̄ capitale ꝛ importat
inordinatum appetitum ſeu delectacōez
circa cibum ꝛ potū· vnde de ipa nō quīz
modos que cōtinentur in hoc verſu. Pre· propere.
laute· nimis· ardenter ſtudioſe. Primus modus
eſt pre· vel propere· i· ſi comedit vel bibit ante ho
ram debitam vel conſuetam ſine cauſa rationabi
li vrgente. ¶ Secundus laute· i· Si vſus eſt cibis
vel potibus nimis lautis ꝛ delicatis vltra cōdicō
nem ſui ſtatus. Aliter eni decet comedē infirmū
q̄ ſanum· ꝛ aliter nobilē q̄ ruſticū· ꝛ ſic vlterius
vel ſi vſus eſt cibis vel potibz multum nutritiuis
vel calidis prouocātibz ad luxuriā· ꝛ ſi ex hac cā
fecit· mortale videt. ¶ Terciꝰ Nimis· id eſt. Si co
medit vel bibit in nimia quantitate ſcd̄m indigē
tiam ſue complexionis· quod eni parum eſt vni

nimis eſt alteri q̄n̄q̄z. Plus tn̄ conmedere in die
ieiunij. q̄ꝫ altera die pro vna conmeſtione non ē
de ſe malum. ¶ Quartus ardēter. ¶ Si ↄmedit vel
bibit nimis ardore gule. vel nimis auide vel ve
lociter aut rapaciter cōmedit ꝓpter gulā. vel cū
nimia conplacentia. cōtentus magis ſatiſfacē gu
le. q̄ꝫ nc̄citati prouidere. ¶ Quintus. Studioſe. ¶ Si
adhibuit vel adhiberi fecit nimiam diligēciam
⁊ ſtudium circa cibaria delicata preparāda. vt
varijs ſaporibus ⁊ diuerſ modis. ⁊ hmōi: ¶ In
hijs omibus vel etiaꝫ alijs ſpēbus gule. tūc ē ibi
mōꝛle. qn̄ delicatio gule queritur ut finis. cum .ſ.
paratus eſt quis facere cōn̄ aliquod p̄ceptoꝛū ut
ſatiſfaciat delectacōni gule. vel cū conmedit vſq̄z
ad crapulam vel vomitū aduertenter. ſicut fit a
pluribus in carniſpriuio. vel cum vtit̄ aliquo ci
bo ex quo veriſimiliter credit incurrē magnā le
ſionem pſone: In alijs autē caſibꝫ ↄiter ē veīale
De ieiunio. qđ eſt ↄtrarium gule. ¶ De ieiunio
etiā interrogandū eſt. ¶ Si viꝫ dimiſit ieiunia ec
cleſie .ſ. xl. l. 4. tpm ā feſtoꝛū vigilias. p⁹. xxi. ānū
peccat mōꝛliter. niſi hēat cām eū lꝛīme excuſātē l
ſaltem eſtiēt ſe hr̄e. ⁊ hēat cām eſtimādi. Puta
cum eēt ſatis debil. vel ſibi videt eē ꝓpt̄ qđ nō cre
dit poſſe ieiunare ſine notabili coꝛpis detrimēto
licꝫ ſm̄ veritatem poſſit tal nō videt de facili ↄdem
pnand⁹ de mōꝛli. ex quo eāt pat⁹ obediē p̄cepto

ſi credidiſſet poſſe. alias eſt mo͞rle. ⁊ tociens quo
ciens dimittit aliquem die͞ ieiunare. quia q̄libet
dies eſt ſub vno precepto. Sed ante. xxi. annū i
ducendi ſunt iuuenes ad ieiunandum. ¶ Item
interrogādū eſt de numero dieꝝ per quos dimi
ſit ieiunare. ⁊ de cauſa. ¶ Si notabiliter antici
pauit horam comedēdi ſine cā legittiāꝫ q᷑ nō ē ie
iunium vñ mortale. Hora autē congrua eſt circa
horam nonam. tardare autē poſt nonā nō eſt vi
ciū niſi fieret ex ſupſtitione. ¶ Si cū ieiunauit ex
ſtatuto eccłie. vel ex voto. vel ex iniunctione con
feſſoris. de ſero comedit fruſtum panis. vel de plu
ribus fructibus de vno gn̄e i nōbili qn̄titate ieiu
niū frāgit. ¶ Si aliquid de ↄfectione ſumit i pua
quantitate nō frangit niſi fieret i fraudē. ſ. ad nu
triendum. ſꝫ ſumendo aliquid fructuū p modum
medicine. ſ. ne vinum dirueat ſtomachum nō vi
detur malū. Poteſt autē pluries in die bibere et
non frangit ieiunium. q᷑ potus eſt ſequela cibi n̄
fiat in fraudem ſicut dictum ē. De debilibꝫ et mul
tum laborantibꝫ. pregnantibꝫ. nutrientibꝫ. ambu
lantibus. paupibus. ⁊ hmōi quō vel qn̄ excuſan
tur. vide in ſumma c. ieiuniū p totū. ¶ Si come
dit carnes in quadrageſima ł aliꝭs ieiuniꝭs eccłie
ł in ſextis feriꝭs aut ſabbato p totum annū niſi
vrgēte cauſa neccitatis vel infirmitatisꝫ quia pec
cauit mortaliter. ¶ Si vſus eſt lacticiniꝭs tempoē

quadrageſimali ſine cauſa infirmitatis de ꝯſilio
medici peccauit moꝛ̄liter. In alijs ieiunijs eccleſie
ſeruari poteſt mos p̄rie q̄ntū ad vſū lacticinioꝛū
qui ſi non appareat: tucius eſt abſtinere. ¶ Si
bibit vſq3 ad ebrietatem. aduertēs nimiā poten
ciam vini ad inebriandū. vl̄ de hoc dubitās ꝓ
babiliter: peccauit moꝛ̄liter. ſecus ſi ignorauit po
tentiam vini ſicut noe. ¶ Si fuit cā inebriationis
alterius aduertenter inducendo aliquē ad nimiū
potum. vel ponendo ſal in vinū. ꝛ h̄mōi q̄ pecca
uit moꝛ̄liter. ¶ Si induxit aliquē ad frāgendum
ieiunium ecc̄ie ſine cā l̄tima ſuis ꝑſuaſionibus: q̄
peccauit moꝛ̄liter. ¶ Itē Si induxit pueros et iu
uenculas ad lambacitates. tab̄nas. et h̄mōi vt
peruertat eos ad turpia: ¶ Si freq̄ntauit taber
nas ſine cā rōnabili vel cōuiuia diſſoluta: pc̄c̄m
eſt. ¶ Si abſtinuit nīs a cibo ꝛ potu et alijs nccā
rijs vite. ꝓpter qđ incurrit īfirmitatē: ꝯiter veia
le ē niſi fiat nōbil̄ exceſſus. vt viz ſi addat̄ obſti
nacō contrˢ āmonicōes i h̄mōi defcū q̄ tūc videt̄
moꝛ̄le rōne picli iņ ſeq̄ntis. ¶ Sequit̄ de filiab9
Si ex inoꝛdina ¶ gule. q̄rū p̄ma eſt Ebetudo
ta conmeſtioē ꝛ potu icurrit obſcuritatē ſeu groſ
ſiciem intellcūs. et ex hoc ineptitudiē3 ad ꝯſiderā
dum ſp̄ualia. ad ꝯſulendū. orandū. legendū. et
h̄mōi: quod cōiter eſt veniale. ¶ De inepta le
Si ex inoꝛdinacōne cibi vel pot9 nimis ¶ ticia

fuit leuis et diſſolutus riſibus·ludis et iocis·ꝛ
alijs leuitatibus corpis·qđ cōiter eſt veniale ñ
addatur aliud vitium· ¶ De coreis·

De coreis que fiunt ut cōiter ex iordinata leticia
ꝛ frequenter cum mořli·etiam interogādum eſt·
Nam quinqꝫ modis fiūt cū pccō mortali·¶ Primo
modo cum fiunt ex libidine·¶ Scđo mō cum fiūt a
clericis ꝛ religioſis cum mulieribꝫ·ꝛ hoc ratione
ſcandali·¶ Tercio cum fiunt in eccłijs vł alijs locis
ſacris·quia ſacrilegium eſt·¶ Quarto cū fiunt ex
inani gloria vel vana leticia tam inordinata ꝙ
ibi ɔſtituitur finis·¶ Quīto qñ tales choriſātes nō
curant de ſcandalo proximi etiā mortali·In alijs
autē caſibus cōiter eſt veniale·poſſꝫ tñ qñqꝫ eſſe
mortale ex aliquo accidente·nec de facili pōt dari
de huiuſmodi iudicium· ¶ De multiloquio·

Si cum fuerit repletus multum fuit loquax vel
dixit verba otioſa ꝛ ſine nccitate·vel rationabili
vtilitate·quod veiale eſt cōiter ¶ De ſcurrilitate

Si fecit actus ꝛ geſtus immorigeratus·quia ſi
ſunt prouocātes ad libidinē ex̄ mr̄imoniū ē mor
tale·Si autem ad diſſolucōnes ꝛ leuitates ut vē
toſitates ꝛ hmōi·eſt veniale· ¶ De immūditia·

Immundicia pōt intelligi cum quis imūde ɔme
dit ꝛ eſt veniale precipue ſi ex hoc conturbat ali
os vel quia vomitum facit·Et ſi hoc facit ꝙ nimis
ɔmedit·vel ut auidius comedat vel bibat·pccm

eſt. Secus ſi cauſa medicine. vel poteſt intelligi de immundicia pollucõis. que cũ accidit in ſom nis: non impũtatur ad pccm̄. Sꝫ pccm̄ poteſt eẽ cauſa eius. ſ. ſi proceſſit ex crapula. vel turpi cogi tacõne pcedente. vel ex negligẽcia vel etiã cũ poſt in vigilia ẽcolens: de immundicia ipa. ⁊ ſompno turpi delectatur. ⁊ ſi eſt ibi cõſenſus rõis de hmõi delectacõne turpi: eſt mõrle. alias aũt veniale vel nullum. ſ. ſi ex alleuiacõne natuẽ. ¶ De pollucõe

De immundicia ſeu pollucõe ꝓcurata. nõ ꝙ ſi quis aliq̃d agit hac intencõne pn̄cipaliter. ut pollucõnem hẽat. ſiue vigilãdo. ſiue dormiendo mortaliter peccat. etiã ſi faciat cauſa ſanitatis. Si aũt etiam ipa pollucõ cõtingat in vigilia. et pᷣter voluntatem ac ſine ꝓcuracõne: nõ eſt mortale.

¶ De. A. pccõ mortali. ſ. Luxuria et ſpeciebus et ſi liabus eius. •29•

Luxuria eſt ſeptimũ vicium capitale. Et quia ſupᷣ i. c. de. 6. precepto ſatis dictũ ẽ de ſpeciebus eiꝰ. in ope ac etiã cogitacõe et hoc in. c. de nono precepto ſupra. Ideo illis omiſſis. ad que ibidem recurrendum eſt. viden dum eſt de quibuſdam aliis ptinẽtibus ad ipaꝫ luxuriam et delectacõnem moroſã. Vnde inter rogandum eſt de hoc vt ſequitur. ¶ Si videlicet oſculatus eſt aliquem vel aliquam ex libidine et extra coniugium: quia mortaliter peccauit

etiam ſi non ſequatur actus turpis. ꝫ ſi ſequatur actus cum hmõi: facit vnũ pccm. ꝫ tanto grauius quanto plura de huiuſmõi cõcurrũt. Sʒ ſi fiũt diuẽſis tpibus: ſunt diuerſa pccã. ¶ Si ſcripſit lrãm vel miſit vel portauit. vel recepit lrãs cõtinentes amatoria ⁊ ꝓuocatiua ad libidinem: q̃ mõrliter peccauit. hoc aduertens. ¶ Si cantauit vel legit vel cum delectacõne audiuit verba laſciua ⁊ turpia ad prouocandũ ſe vel alios ad laſciuiã mortale eſt. ¶ Si ſe ſociauit alicui quem nouit euntem ad peccandum. vel turpiter agendũ. vel ad faciendum ſeromotas vel matinatas. peccauit mortalit. ¶ Si fuit mediator inter aliquos ad hmõi turpia. vel poſuit aliquos mediatores inter ſe et alios in hmõi: peccauit mortaliter. ¶ Si recepit ꝑemiũ aliquod vel donũ quod cũqʒ. vel miſit hmõi ex amore libidinoſo: mortaliter peccauit.

## ¶ De delectacõne moroſa

Delectacõ moroſa repitur ut frequenter i tepidis ⁊ multũ negligẽtibʒ Nam feruidi ſubito cogitacõnes expellunt noxias ⁊ feruidis cogitacõibus deſiderijs et opibus acquieſcunt. Vnde interrogandũ eſt ¶ Si habuit cogitacõnes immũdas ⁊ carnales. in quibus cõtraxit moram. poſtq̃ rõne perpẽdit ꝓpter delectacõnem ipſã. hmõi cogitãdo mortaliter peccauit Non ſolum eni peccat homo. quãdo cogitacõibʒ luxurioſis racõne cõſentit deliberãs malũ facere

ſed etiam cū non curat ipas libidinoſas cogita
cōnes expellere· poſtq̄ eas ppendit· ſꝫ in eis volū
tarie immorat᷑ ꝛ peccat mo᷑lit᷑· ¶ De filijs luxurie
DE filiabus luxurie nō oportꝫ multū interrogaē
q̄ꝛ difficile ē intelligē· niſi cū mixtuā alioꝝ vicioꝝ
SI fuit ita mente occu- ¶ De cecitate mentis
patus circa mūdana· q̄ neſciuit de deo cogitare
vel rebus ſpūalibus. ¶ De precipitatione
SI fuit preceps ꝛ ſubitus ī opibꝫ ſuis· ſine ꝯſilio
ꝛ examinacōne mentis debita agēs· ¶ De incōſi
SI fuit incautus in factis ſuis ꝛ non deracōne
bene iudicauit cir̄ occurrētia. ¶ De incōſtantia
SI in eo q̄ deliberauit bonum agē· mutabilis ꝛ
inconſtans fuit ex paſſione. ¶ De amore ſui
SI nimis ſeipm̄ dilexit· querendo delectationes
corpis conmoditates· ꝛ hmōi. ¶ De odio dei
SI habuit diſplicentiā in deū vel legē ſuā· quia
prohibet ꝯcupiſcētias eiꝰ. ¶ De amore vite pn̄tis
SI nimis amauit vitā iſtā pn̄tē ꝓpter volupta
tes carnis quibus eſt deditꝰ. Nā ita amare vitā
p̄ſētem· q̄ aliq̄s velit ſꝫ ppetuari: ſm̄ pe· ē mo᷑le
SI horrorem habuit. ¶ De horrore futuri ſeculi
ad vitam futuram. ¶ De alijs que ptinent ad
vicium luxurie circa cōiugatos vide infra in· c· de
cōiugatis.

¶ Sequit᷑· 3· ps huiꝰ opuſculi de interrogacōibꝫ
certis ad certas perſonas ſm̄ ſtatus diuſitates